



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs

Vitruvius

Florentiae, 1513

De priuatorum & com[m]unium aedificiorum propriis locis, & generibus ad quascunq[ue] personarum qualitates conuenientibus. Cap. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

L I B E R


que ad meridiem & occidentem spectant, à tenebris &
humore uitiantur, quæ uenti humili aduenientes pro-
creant eas & alunt, infundentesq; humidos spiritus
pallore uolumina corruptunt, Triclinia uerna &
autumnalia ad orientem, Cum enim prætenta lumi-
nibus, aduersus solis impetus progrediens ad occi-
denter, efficit ea temperata ad id tempus, quo opus
solitum est uti, Aestiva ad septentrionem, q; ea regio
(non ut reliquæ, quæ per solsticium propter calorē
efficiuntur aestuosa) eo q; est auersa à solis cursu, sem-
per refrigerata, & salubritatem & uoluptatem in
usu præstat, Non minus pinacothecæ, & plumario-
rum & extrinæ, pictorumq; officinæ, uti colores eorum
in opere, propter constantiam luminis immutata per
maneant qualitate.

De priuatorum & communium ædificiorum p̄priis
locis, & generibus ad quascunq; personarum quali-
tates conuenientibus. Cap. 2. VIII.

Vm ad regiones cœli ita ea fuerunt dispo-
sita, tunc etiam animaduertendum est, qui
bus rationibus priuatis ædificis propria
loci patribus familiarum, & quemadmodū commu-
nia cum extraneis ædificari debeant, Namq; ex his
quæ propria sunt, in ea non est potestas omnibus in-
tercendi, nisi in uitatis, quemadmodum sunt cubicu-
la, triclinia, balneæ, cæteraq; quæ easdē habet usus
rationes, Communia autem sunt, quibus etiam inuo-
cati suo iure de populo possunt uenire, id est uestibu-
la causa ædium, peristylia, quæq; eūdem habere pos-
sunt usum, igitur his qui communi sunt fortuna, non


necessaria magnifica uestibula, nec tablina, neque atria, quæ hi aliis officiis præstant ambiundo, quæ ab aliis ambiuntur. Qui autem fructibus rusticis seruiunt in eorum uestibulis stabula, tabernæ, in ædibus criptæ, horrea, apothecæ, cæteraq; quæ ad fructus seruados magisq; ad elegantiæ decorē possunt esse, ita sunt facienda. Item fœneratoribus & publicanis commodiora, & speciosiora, et ab insidiis tutæ. Forēsibus autem, & disertis elegatiore, & spaciose ad conuentus excipiundos. Nobilibus uero qui honores magistratusq; gerendo præstare debent officia cuiusbus, facienda sunt uestibula regalia, alta atria, et peristyla amplissima, siluae, ambulationesq; laxiores, ad decorum maiestatis perfectæ. Præterea bibliothecas, pinacothecas, basilicas, non dissimili modo q; publicorum operum magnificentia comparatas, q; in domibus eorum sèpius, & publica consilia, & priuata iudicia, arbitriiæq; conficiuntur.

O ii



LIBER

Nobilium
apollissime
domus.
a. uestibul
lum
b. atrium
c. peristy
lium
d. caue
dium
e. basilica
f. locus tri
bunalis
g. exedra
h. biblio
theca
i. pinaco
theca
k. porticus
l. aula. re
liq; sūt cu
bicula, tri
clinia, &
alia cōcla
uiorū ge
nera.



m. horti si Ergo si his rationibus ad singulorum generum per
ue poma, sonas, uti in libro primo de deore est scriptum, ita di
ria spofita erunt ædificia, non erit quod reprehēdatur,
n. ubi fil. Habebunt enim ad omnes res commodas, & emēdas

tas explicationes. Earum autem rerum nō solū erunt uæ plata, in urbe ædificiorum rationes, sed etiam ruri, præter nones hyp q̄ in urbe atria proxima ianuis solent esse, ruri podromi uero pseudourbanis statim peristyla, deinde tunc atria habentia circum porticus pavimentatas spe fieri possunt. stantes ad palestras & ambulationes. Quoad potius urbanas rationes ædificiorum summam perscripsi ut proposui.

De rusticorum ædificiorum rationibus, & multarum partium eorum descriptionibus, atq; usibus.

Caput. IX.

Nunc rusticarum expeditionum, ut sint ad usum commoda, quibusq; rationibus collo care oporteat eas dicam. Primum de salubritatibus, uti in primo uolumine de mœnibus collo, eandis scriptum est, regnoes aspiciantur, & ita uile collocetur. Magnitudines earum ad modum agri, copiasq; fructuum comparentur. Chortes magnitudinesq; earum ad pecorum numerum, atq; quot iugaboum opus fuerit ibi uersari, ita finiantur. In chorte culina q̄ calidissimo loco designetur. Coniuncta autem habeat bubilia, quorum præsepio ad focum & orientis cœli regionē spectent, ideoq; boues lumen & ignem spectando, horridi non fiunt. Item agricolæ regionū imperiti, non putant oportere aliam regionē cœli boues spectare, nisi ortum solis. Bubilum autem debet esse latitudines, nec minores pedum denum, nec maiores quindenum. Longitudo uti singula iuga, ne minus occupent pedes septenos. Balnearia item coniuncta sint culinæ, ita enim lauatiōis rusticæ ministrar-